[Viexmont. Methodus confessionis - suite]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb020_f0489
SourceBoite_020-14-chem | Soto
LangueFrançais
TypeFicheLecture
RelationNumérisation d’un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).
Droits

- Image : Avec l’autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l’Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par équipe FFL Notice créée le 21/10/2020 Dernière modification le 04/05/2021

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Foucault-fiches/items/show/10729?context=pdf

Ideo qui priora fugiet,in poſteriora non corruet.

Mala quæ proueniunt homini ex luxuria.

Intellectus & ratio ita abſorbenrur per voluptatem in carne ,vt ijs quæ dei ſunt non poſſint intendere. Corporis vires eneruat, iuuentæ florem deuenuſtat,plures morbos conciliat.

Luxuries hebetat mentem, tabefacit artus,

qui multum coeunt,parum viuunt. eunuchi diutius viuunt quàm alij. vnde expendit plurima in munuſculis & comeſſationibus.

Accelerat mortem, bona multa profundit, honorem

nullum vitium apud homines peius audit,quàm luxuria. virtutes præclaraſque animi dotes corrumpit,inſuper ad omne peccatum inducit quia nullũ ei cum vlla virtute commercium.

Commaculat: mores vitians,ſentina malorum eſt:

Præterquàm quo breuis eſt voluptas fornicationis, perpetua autem erit pœna fornicatoris inſuper ea voluptas in ſyncera eſt, plus aloës quàm mellis habens, & multa mala multoſque fœdos morbos ſecum aduehens.

Denique mille parit luctus breuis vna voluptas.

Remedia vitandi luxuriam.

Dum ſcintilla ignis in ſtramen cadit,ſtatim digito aut pede poteſt extingui,quæ ſi creſcere permittitur,poſtea copioſus ignis vix extinguitur ita eſt de tentatione carnis.

Obſta principiis,& primos ſuprime motus.

niſi primæ ſuggeſtioni & cogitationi viriliter reſiſtatur,mox tentatio conualeſcit & roboratur. hæc non tam ſcientia & fortitudine vincitur,quàm fuga locorum & perſonarum quibus ipſa ſuggeritur.

Nam mora dat vires: fuga plus quam lucta probatur.

itaque .ſ.muliebrem.i.cohabitationem & cõuerſationem cum mulieribus. Mulier eſt velut pix, quam qui tetigerit,inquinabitur ab ea. vt ſi renum, ita mulierũ cantus inficit.

Hinc fuge conuictum, contactum, baſia, cantum,

auditus allicit & loquela accendit vix licet intueri,quod non licet concupiſci. hæc ſunt quidam viſcus ad retinendum carnalem amorem.

Colloquium, viſum muliebrem, dona, ſalutes:

vbi non timetur reprehenſor,facilius accedit tentator,tunc magis aggreditur & grauius tentat,cum viderit ſolos ſine arbitris,& ſegregatos ab alijs, omnia mala ſolitudo perſuadet.

Vix ſino cum ſola ſolum remanere,

cum ſancto ſanctus eris,& cum peruerſo peruerteris. corrumpunt bonos mores alloquia praua hinc mala diſcuntur,quæ vix vnquàm obliuiſcimur.

Laſciuum fugito. laſciuaque verba, libroſque

ſanctæ meditationes auertunt a turpibus. vltima quæ omnibus tandem euenient,quæ ſunt mors,iudicium dei,paradiſus aut infernus.

Laſciuos ſacros euolue: nouiſſima noſtra

eſt ſaccus ſtercorum,& velut ſepulchrum foris dealbatum, in ſua origine erat ſperma fœtidum. erit cadauer putridũ & eſca vermium. tua aut meretricis.

Præmeditare, quid eſt, quid erat, quid erit, caro amata.

Diabolus ocioſæ menti malas cogitationes immittit. vicina ſunt venter & genitalia, ideo vnum ſubſeruit alteri. opportunitates,tempora loca,& perſonas.

Otia rumpe, gulam moderare, omnes fuge cauſſas.

De ſpeciebus luxuriæ & remedijs eius,quod diximus de viris ad mulieres, hoc idem intellige de mulieribus ad viros.

De caſtitate,quæ eſt contraria luxuriæ.

temperantia. à voluptate venerea.

Caſtitas eſt continentia a venereis.

Ea eſt autem triplex:

eſt in carne corruptibili perpetuæ incorruptionis propoſitum. eſt omnimoda abſtinentia venereorum, poſt experientiam eorum. qua cõiunx cõiugi ſeruat fidem tori inadulterabilis.

Caſtitas virginalis, Vidualis, Coniugalis.

intactus atque impollutus. poſt experientiam rei venereæ.

Integer eſt virgo,viduus poſt abſtinet,intra

vir & vxor quando non egreſſi ad alios intra limites ſui matrimonij reddunt debitam beneuolentiam alter alteri,tempore, loco,& modo debitis,tunc etiam dicuntur caſtè viuere.

Coniugij fines couiunx cohibetur vterque.

Bona eſt caſtitas coniugalis,melior eſt continentia vidualis, ſed longè optima eſt pudicitia virginalis,illi debetur fructus triceſimus,iſti ſexageſimus,huic verò centeſimus. Quantò angelus eſt homine ſuperior,tantò virginitas eſt nuptijs honorabilior. Etenim in carne corruptibili præter carnen viuere & corruptionem neſcire, plus eſt angelicum quàm humanum. Atque etiam angelorum integritas etſi fœlicior, virginum tamen incorruptio eſt fortior. nam angeli ſunt virgines ex ſua natura homines verò ſuapte virtute & continentia.

hæc dicitur a nimis videnda fortuna alterius.

De inuidia.

ſ.humana inquantum alius excedit nos in aliquo bono.

INuidia, eſt triſtitia de alieno bono.

Interdum non amiſſa charitate, ruina inimici nos lætificat, aut eius proſperitas nos contriſtat: vtpotè dum eo ruente quoſdam bene erigi credimus,aut eodem proſperante plæroſque iniuſtè opprimi formidamus. Sic ſubmerſo Pharaone cum exercitu ſuo,populus Iſrael canticum cecinit,& Matthathias cum ſuis de proſperitate impij Antiochi doluit,

Eius ſunt duæ ſpecies:

econtrario charitas gaudet cum gaudentibns,& flet cum flentibus.

Dolor de proſperis, Gaudium de aduerſis.

propter res aduerſas proximi ſui. triſtatur & luget propter res proſperas.

Inuidus aduerſis gaudet, mœretque ſecundis

BnF MSS

Filiæ inuidiæ ſunt ſeptem:

pas de verso

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Foucault-fiches/items/show/10729?context=pdf